

visitatores eorum inerint ad partes suas habeant vite necessaria gratis ab exactoribus et villicis suis/et sint liberi a thelonei exactione.

¶ **U.** Dei gratia Danorum Sclavorum rex omnibus in regno suo constitutis. Salutem et gratiam. Significamus vobis quod misericordie et pietatis intuitu fratribus de Listercio hanc concessimus immunitatem ut quotienscumque visitatores eorum ad partes nostras venerint/apud exactores nostros et villicos gratis habeant vite necessaria/et in foris et in portibus super rebus quascumque comparauerint vel quocumque modo habuerint immunes sint et liberi a thelonei exactione. Et ne quis huic nostre donationi contraire audeat/ipsam sigilli nostri impressione et litterarum testimonio confirmamus. Quod si quis contra hanc nostram libertatem venire presumpserit/indignationem nostram se noverit incursum. **Datum** Anno incarnati verbi **M. cc. xxix. vj.** **Thomas** **Abbas**.

¶ **Dominus** comes **Lugdunensis** et **Forensis** remittit pedagium et leidam pro omnibus rebus eorum qui sunt sub obedientia abbatis **Listercij** que transferuntur per terram suam.

¶ **Beatissimo** patri suo et domo carissimo dei gratia **Listell** domus sanctissime abbati sanctissimo **S. Lugdunensi** atque **Forensi** comes qualiscumque seipsum et sua/pedagium et leidam pro rebus vestris propriis in terra mea ubique vendendis et emendis vel transferendis tam vobis quam alijs omnibus subditis vobis et obedientibus imperpetuum diuino intuitu remitto/ sicque ab heredibus meis voluntatis mee dispositione inuiolabili tenendum.

esse pmitto. Vestre autē sanctitati pater optime supplicare nō
 cesso quaten⁹ abbatū vestrorū omnib⁹ orationibus me pecca-
 torem miserū z mandatorum dei transgressorē infelicissimū cō-
 mēdare dignemini singulis si placet iniungēdo/vt z ipsi reuer-
 si fratrum suorum orationibus me et mea commendare dignē-
 tur. **Claf.**

Comes **Foren̄** confirmat donationem
 factam per patrē suum omnib⁹ abbatijs
 ordinis de pedagio leida z omni exacti-
 one omnium rerū ordinis que portātur
 per terram suam.

Ego **Singo** dei gratia comes **Foren̄** **Motū** volo fieri omni-
 bus p̄sentes litteras inspecturis qđ bone memorie **Singo** pa-
 ter meus dedit deo z beate **Marię** **Mistercij** fratrib⁹q; ibidem
 deo seruientibus. Sed z omnibus abbatijs eiusdē ordinis pe-
 dagiū/leidam/z omnē aliam exactionē pro rebus suis p̄prijis
 in tota terra sua vbiq; vendendis vel emendis vel transferen-
 dis. Ego quoq; p̄ remedio anime mee z vxoris z eiusdē patris
 mei predictā elemosynā concedo/laudo/z p̄sentis scripti sigil-
 liq; mei testimonio cōfirmo. Actū anno dñi **Millesimo** ducen-
 tesimo vicesimo quinto.

Dominus vicecomes **Massilien̄** cōcedit
 omnibus de ordine qđ securi trāsire pos-
 sint per vrbem **Massiliam** z per omnem
 terram suā/nec non vendere z emere abs-
 q; omni exactione vt sit particeps oratio-
 num ordinis.